

Conradus Vorstius Theodor Schrunder

Theses Theologicae De Idololatria Romanae Ecclesiae, In cultu seu veneratione ipsius Pontificis Romani

Steinfurti: Caesar, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746987307>

Druck Freier  Zugang





95

52^b. 6.



Ja 1092 (95.)

Tomo hoc XLVII. continentur:

1. Dicherni Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione propempticae Academiae Genensis cum eo discederet idem Dichernus.
3. Orationes inauouatae Academiae Luodunensis Batavoru.
Anno. 1620.
4. Polvardi. Walaei.
5. Thysii.
6. Hommii.
7. Sinapij.
8. Rauri Pancognica Orientalibus Linguis Trajecti ditta. 1693.
9. Hier. Welleri Conpositum de studio Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homilia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. —. In Christi Passionem. ibid eod.
14. Quistorpij de Vinibus liberi Arbitrii coll. Cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauenii Dominij gloria crucifixus. 1633.
16. —. De Melchisedeco e Gen. xlv. 1634.
17. Iacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. —. Analysis Capitis Vad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribus testibus in Terra. 1 Jo. V, 8. 1635.
20. —. De Peccato originali. eod.
21. —. Synopsis Theol. Zachariae.
22. —. ad Hebr. xiii, 8. 1643.
23. —. ad Act. xv, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.
25. D. Hamelkenig de Persona Christi. 1645.
26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoh. 1692.
27. ———. Pars II. —
28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Delectu Marp. 1619.
29. ———. Ivano. per Europā Doctrina cum script. s. conformitas.
30. ———. De Apostolici nominis causis.
31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Ivang. Doctrina.
32. ———. De Catholicismo Eccl. Ivangelicae.
33. ———. De Antiquitate Relig. Ivangelicae.
34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Pinkium. 1606.
35. ———. De Analogia seu proportione.
36. Pezelius de S. Coena Stempforti 1602.
37. Jossani Theses contra Ivangelicos. ibid. 1605.
38. Ravenspergeri Samyon redivivus. ibid. 1614.
39. Heyderi Lucae questionum Theol. Marburgi. 1611.
40. Eglini de Generaloria Christi. ibid. 1608.
41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.
42. ———. De Peccato in Spiritum S. cod. 44 β. Croig de Pecc. de Baptismo.
43. ———. De Predestinatione. ibid. 1619.
44. ^{Compendium Annotat. Poeticum} Conradig Vorshig de Idolatria Pontificum in cultu Iurhani.
45. ———. Iste Stempfort. 1608.
46. ———. De Idolatria eorundē in cultu sanctorum.
47. ———. ———. In cultu Imaginum.
48. ———. ———. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Roestii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Conradi Vorstii Oratio Apologetica in
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae
Gita. Hart. Martij. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Flum.
Giesae. 1646.
52. — De Animae Flum Similitudine. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicarum. 1646.

1. 8. 3. 7.

2. 11. 4.

3. 29.

4. 38.

5. 39.

6. 50.

7. 43. 49.

8. 44. 48.

9. 47.

10. 46.

A - Q	A - D
16	A - C
35	A - C
30	A - C
A - C	A - C
20	65
40	A - C
A - B	48
-	A
A - B	16
35	A
B - 36	A - C
A - 80	A - C
A - C	A - C
A - B	A - C
A - B	A - B
A - B	A - B
A - B	A - B
A - B	51
40	24
128	24
72	20
A - B	
A - D	
14	
16	
32	
A - G B	
A - B	
A - C	
A - B	
A - C	
A - C	
B - 61	
A - D	

48.

45

THESES THEOLOGICÆ

DE

IDOLOLATRIA

ROMANÆ ECCLESIAE, IN

cultu seu veneratione ipsius Pontificis Romani.

De quibus

Adjuvante DEO,

IN ILLUSTRISCHOLA STEINFUR

tensi, ad diem. VI. Septemb. Examen publicum instituetur,

PRÆSIDE

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO

DR. CONRADO VORSTIO SS. Theologiæ
Doct. & Professore ordinario.

RESPONDENTE

THEODORO SCHRUNDERO Metelense,



STEINFURTI excudebat Theoph. Casar.

ANNO M. DC. VIII.

50.
49.
48.
47.
46.



*Magnifico Domino Prorectori,
Reliquisque Reverendis, Clarissimis, Con-
sultissimis, Doctissimisque viris, Dominis
Professoribus, toti que amplissimo Se-
natui Illustris Scholæ Steinfurtensis,*

*Dominis, Mæcenatibus, Fautoribus, & Præcepto-
ribus suis, omni observantia genere colendis
& honorandis,*

*Hæc Studiorum suorum Theologi-
corum primitias*

*Submissæ observantiæ, &
Debitæ gratitudinis ergo*

Dicat, Offert, & Inscribit

RESPONDENS

Theses



Theses Theologicae,

De Idololatria Romanæ Ecclesiæ in cultu sive Apo-
theosi ipsius Romani Pontificis.

I.

VENTUM est ad sextam & postremam Idolo-
latria Romana, h. e. Papistica speciem: quæ in Ado-
ratione seu Deificatione Romani Pontificis consistit,
quàmque merè idololatricam esse, adeoque illam Bestie
adorationem revera esse, de qua Apoc. 14, 9, 10. ita scriptum est:
Si quis adoraverit Bestiam, & imaginem ejus, & acceperit
characterem in fronte, aut manu sua, bibet hic quoque ex
vino iræ Dei, &c. talè, inquã, idololatriam hanc esse, presente Di-
sputatione, cum D. E. O. perspicuè docebimus.

Propositio
primaria.

2. Ubi eadem operã, quasi *κατέργασ*, demonstrabimus, Roma-
num Pontificem, qui honores plarè divinos ultrò admittit, im-
mò severè exigit, revera magnum illum Antichristũ esse, quem
Apostolus 2. Thess. 2. vivis coloribus expressit: quippe qui non uno
modo sese efferat supra omnẽ, qui dicitur Deus, aut Numẽ:
adeò ut in templo Dei sedeat, tanquam Deus, præ se fe-
rens se esse Deum, &c. sicut ex infrã dicendis apertè constabit.

Secundaria

3. Hac autem Idololatria species, licet ob certas causas extremo
loco posita sit, penitus tamen inspecta, ceteras omnes saltem eate
nus antecellit, quatenus earum omnium causa & parens quadam
meritò censetur. Hoc enim Idolum, de quo nunc disserere aggredi-
mur, omnia illa præcedentia hucusque peperit, & adhuc continenter
parit. Neque ullũ illorũ revera, tanquã ex lege ac necessitate, palãm &
publicè in Ecclesia cultũ fuit, priusquã Papa p. universali Ecclesiæ
monarcha & capite haberetur.

Gravitas
hujus Idolo-
latriæ.

A 2

50.

49.

48.

47.

46.

Probatio
per species.

4. Et sanè Papa omnium primus dogma Transsubstantiati-
onis invexit: quod deinde Hostiæ, seu Cruftuli, ut ipse Papistæ
vocant, adorationem, & sacrificium Missaticum necessario secum
traxit. Idem Papa solenne Sacramenti festum primus instituit.
Idem adhuc sanctos & sanctas solus canonizat, atq; ita publicè
adorandos, atq; invocandos proponit. Idem Reliquiarū, & Ima-
ginum cultum religiosum, sub forma legis, omnium primus in-
troduxit. Idem deniq; Rebus consecratis Numen divinum, &
consequenter cultum fiducia, & adorationis, hucusq; attribuit. Ut
nō immeritō auctor & parēs omnis Idololatriæ inter Christianos
appellari, & porrō Antichristi titulo, tanquā pprio, insigniri possit.

Prolepsis.

5. Adversarii quidem illibenter hac audiunt, & p̄sertim hoc
posterius indignè ferunt: quippe quorum iudicio duo maxima pec-
cata sunt, coronam Papæ, & ventres Monachorum attingere,
uti Erasmus de Luthero iocabatur. Sed nobis veritatis po-
tius, & gloria divina, immò etiam salutis adversariorum, quàm
voluntatis ipsorum, ratio habenda est: ut, quale Idololum hætenus
in suo Papa coluerint, unā nobiscum, si fieri potest, agnoscant, & p̄-
niciosum hunc errorem serio deinceps emendent.

Ordo dicē-
torum.

6. Quare, ut ordine rem tractemus, initiō disertas Adversā-
riorum sententias, quibus huic Idolo non obscure quandam divi-
nitatem, & porrō cultum adorationis, adscribunt, ex multis insi-
gniores aliquot recensebimus: deinde alia quadam equipollentia
eorundem axiomata, unde prædicta divinitas, & adoratio, neces-
sariō consequitur, in medium afferemus: denique ex ipsa Paparū,
& verorum Papistarum, præci veritatem nostræ sententiæ cōclu-
demus: additā postremò, sub finem, præcipuarum aliquot obie-
ctionum brevi confutatione.

I. Pars de
arrogata
Papæ divi-
nitate.

7. Initium autem colligendi illas primi ordinis sententias facie-
mus à jure Canonico, seu Decreto Gratiani, jam pridem à
Papis aliquatenus canonizato: ubi Papa DEO & Christo non ob-
scure

securè sapius exaequatur. Nam distinct. 96. c. satis. Ipse Papa Deum
se esse, & iure Deum appellari gloriatur, hisce verbis: Satis ostenditur,
à seculari potestate prorsus nec ligari, nec solvi posse
Pötificem, quem cōstat à Principe Cōstātino Deū appel-
latū: quū nec Deum ab hominib. judicari manifestum sit,
& c. Ubi vides, & nomē, & rē divinitatis, huic Idolo attribui.

Testim. s.
ex Gratian.

8. Hunc autem locū Augustinus Steuchus, in lib. de Donat.
Constantini (Lugduni edito, Anno 1547.) pag. 141. ita laudat, ut
etiam haec verba subiungat: Audis summum Pontificem à
Cōstantino Deum appellatum, & pro Deo habitum? Hoc
videlicet factum est, cū eum adoravit uti Deum, uti
Christi & Petri successorem: & divinos honores ei, quoad
ejus potuit, ipse contulit, & velut vivā Christi imaginem
veneratus est, & c. Haec ille: de Constantino quidem aperte men-
tens; sed Papæ arrogatam divinitatem clarè contestans.

2 Ex Aug.
Steucho.

9. Atq; hinc illa Canonistarum blasphemia prodierunt.
Papa, stupor mundi, est Deus in terris. & c. Item, Est ens se-
cundæ Intentionis, compositum ex Deo & homine. Item,
Nec Deus est, nec homo, sed neuter & inter utrumq;. Vide
Gloss. in p̄fatis. Clementinarum, & Johan. Andre. in Novellis,
super cap. quod super his. itē, Deus & Papa unum habent Cō-
sistorium, & c. Item, Papa potest omnia facere, quæ Deus,
excepto peccato, & c. Hostiens. extra. de Transl. Episcop. Bald. in
l. ult. C. sentent. rescind. Decius in C. 1. de cōstitut. Deniq; Papa est
quoddam numen, quasi visibilem Deum præ se ferens,
ut ait Lodovicus Gomefius in leg. Concell. Et tales tituli passim a-
pud ipsos obvii sunt.

Alia plura
ex Canonis-
tis,

10. Quare nec mirum est, etiam divinam quandam, h. e. abso-
lutam & infinitam, propriamq; DEI & Christi potestatem, eidē
Papæ ab iisdem adulatoribus adscribi, qua videlicet ad coelestia,
terrestria, & infernaliam sese extendat. Nam in cœlo tantam

De infinita
Papæ pote-
state.

Thabet potestatem (inquit Troilus Malvit. de canonizat. sanct. dub. 3.) ut & angelis imperare, & quemcunque velit defunctum canonizare possit, etiam in vitis omnib. Episcopis, &c. In terris autem imperat toti Ecclesie militanti, &c. uti mox amplius audiemus. Ex purgatorio denique, & inferis, quantum vult animarum numerum, p. Indulgentias suas liberare, & confestim in coelis collocare potest: uti est in Bulla Clement. 6. & apud Ant. Florent. part. 3. tit. 22. cap. 6. &c.

Etiam plusquam divina.

11. Immo plusquam divinam potestatem huic Idolo arrogare solent. v. gr. Dispensandi contra verbum Dei, sive contra epistolas Apostolorum, deque injustitia faciendi justitia, &c. Vide c. de bitus. de appellat. & distinct. 38. c. Lector. & distinct. 87. Presbyter. Hinc Papa dicitur esse supra jus. c. proposuit. de concess. prabend. Item, Papa est omnia, & super omnia. secundum Bald. in l. Barbar. de offic. prat. Item, Papa supra jus, & extra jus omnia potest, &c. juxta eundem in c. cum super. de caus. prop. Denique, Papa est causa causarum. Unde non est de ejus potestate inquirendum: quia primæ causæ nulla est causa, &c. juxta eundem in d. c. Ecclesia, ut lit. pendent. Et similia plura sunt apud Speculat. in tit. de leg. 5. nunc ostendend. item apud Jasonem in consil. 137. & 145. volum. 1. & consil. 95. volum. 4. &c.

De divina ejus adoratione.

12. Itaq; non jam humanum, neq; angelicum, sed plusquam angelicum, h. e. verè divinum cultum huic Idolo tribuendum esse docent. Sic enim Antoninus in Sum. part. 3. tit. 22. Non minor, inquit, debetur honor Papæ, quàm angelis, immo major. Unde recipit à fidelibus adorationes, prostrationes, & oscula pedum: quod non permittit Angelus sibi fieri à S. Johanne Euangelista, &c. Hac ille: que sanè idololatriam manifestam arguunt.

De arrogantis propriis Christi officii.

13. Ex eodè impietatis genere sunt illa, quib. universum ferè Christi officium, ac propria dignitas, ad Papam transfertur. V. gr. cum ipse

esse caput & Princeps Ecclesie, item Judex omnium controversiarum, & Pontifex summus, sive Opt. Max. deniq. sponsus Ecclesie vocatur. Vide imprimis in c. quoniam. de Immunitate. in 6. Ubi Papa Ecclesiam Catholicam Spōsam suam appellat: Nos justitiam nostram, inqt, & Ecclesie Spōsæ nostræ nolentes negligere, &c. Unde etiā distinct. 93. totam Ecclesiam Papæ obedire debere asseritur, &c. Qui honos certe solius Christi proprius est. Vide 2. Cor. 10. Eph. 5. &c. Atq. hoc de primo capite satis.

II. Pars.
Alia probatio
Papalis
divinitatis
per hypo-
theses.

14. Fatemur nos quidem (ut ad alteram Disputationis nostræ caput veniamus) hodierni temporis Papistas, in primis Jesuitas, non ita crudè & crasse hac de re loqui. Sed quia veteres illas hypotheses, de Ecclesiastica Papæ Monarchia, sive de visibili universalis Ecclesie capite, ejusq. suprema in temporalibus, simul & spiritualibus auctoritate, quæ & conciliorum œcumenicorum, & totius Ecclesie auctoritatem longè excedat, &c. ad unam omnes arctissimè tenent: idcirco evadere non possunt, quin re ipsa eandem, quam prædicti Canonista, divinitatem, h. e. divinam potestatem, & quæ hinc necessario proficiscitur, consimilem adorationem, suo Pontifici tribuere convincantur.

I. De neces-
saria Papæ
Monarchia
in Ecclesia.

15. Quod ut manifestum omnibus fiat, age præcipua ipsorum axiomata, de Monarchica Pontificis potestate, paucis hic velut in tabella quadam proposita, atq. ex ipso Bellarmino potissimum sumpta, expendamus. Horum primum est: Papam Romanum, jure divino simul & naturali, h. e. partim ex ipsius Christi institutione, partim naturali successionis jure, esse caput & Monarcham totius Ecclesie militantis: ita videlicet, ut omnes & singulos necessario decretis ipsius parere, & imperio subesse oporteat, nisi æternum perire velint. Vide Bellar. de Rom. Pontif. lib. 2. c. 12. &c. Et confer. superbissimam illā Extravagantem Bonifacii 8. lib. 1. tit. 8. de Majorit. & Obedientia. Ut rationem hujus Monarchia tantò plenius intelligas.

16. Alterum

50.
49.
48.
47.
46.

2. De abso-
luta eius
potestate
judicativa
in spiritua-
libus.

16. Alterum est: Eundem Papam habere supremam & universalem potestatem in spiritualibus, *h. e.* in rebus ad religionem & conscientiam spectantibus: *vel quod idē est,* esse absolutum S. Scripturæ, ac totius verbi divini interpretem, seu judicem omnium fidei controversiarum: à quo nulla sit in toto mundo provocatio, & cuius iudiciū pro divino & prorsus infallibili habendum sit, sive qui in rebus fidei errare nullo modo possit. *Vide Bell. de Pontif. lib. 4. c. 1. & 2. & seqq. ferè per totum.*

3. De su-
prema e-
iusdem po-
testate pu-
nitiva.

17. Tertium est: Potestatem ejus non modò judicativam esse, sed & coactivam: ita ut Ecclesiasticas leges ipse per se condere possit, & quidem verè in conscientia obligantes; easque re ipsa exequi, *h. e.* earum transgressores Ecclesiasticis pœnis, puta suspensione, excommunicatione, interdicto, anathemate, &c. severè punire queat. *Vide Bellar. lib. citat. cap. 15. & seqq.* Ubi etiam totam hanc potestatem immediatè à solo Christo in Pontificem, & deinde ab isto aliquatenus in alios Episcopos derivari docet. *Ex quo magis à hac eminentia hujus potestatis apparet.*

4. De sum-
mo ejusdē
dominio in
temporali-
bus.

18. Quartum est: Eundē Pontificem habere etiam summam potestatem in temporalibus, saltem indirectè, & per consequens: quatenus hæc illi superiori, *h. e.* spirituali potestati, necessariò in omnibus subjecta est ac proinde posse illum etiam leges civiles ferre, vel abrogare item, reges & principes constituere, vel dejicere & subditos à juramento fidelitatis absolvere: régnaque hujus mundi arbitrato suo conferre, vel auferre, quib. voluerit, &c. *Vide Bellar. lib. 5. cap. 3. & seqq. per totum: item in Appendice de Translatione Imperii libris 3. ferè totis. Vide etiam Franc Bozzium in lib. de temporali Ecclesie Monarchia. Ubi Papam non modò eminentè, sed & formaliter, supremum totius orbis Christiani, immò totius mundi, Regem ac Dominum esse contendit.*

19. Quia-

19. Quintum & postremum est: Quicquid tandem aut agat, aut constituat Papa, sive in Ecclesia, sive in Republ. nunquam ei resistendum esse: quippe qui nullum superiorem judicem in terris agnoscat; ne concilium quidem œcumenicum, aut ipsam totam Christi Ecclesiam: præsertim quum nullum sit legitimum concilium, nec particulare, nec universale, nisi ab ipso Papa, saltem mediatè, convocetur, & nisi ipse in eo præsideat, denique nisi Concilium auctoritatem ipsius in omnibus humilimè sequatur, &c. Vide eundem Bell. de Concil. lib. 1. & 2. ferè totis, præsertim lib. 2. c. 12. & seqq.

3. De absolute ejusdem
divina
Sua in
omnibus.

20. Et sanè absolutam hanc, prorsusq; illuminatam in omnibus rebus auctoritatem Papalem eo usq; extendunt, ut, quemadmodum in Decreto Gratiani distinct. 40. scriptum est, Si Papa innumera- biles populos secum in Gehennam abducatur, ejus tamen culpas à nullo mortalium hic redarguendas esse dicant: immò ne licitum quidem esse velint, ut quis ei dicat, Domine cur sic facis? Prout Glossarii ibidem annotarunt. Nempe, ut Papam omnino Deo parè esse demonstrèt. Hujus. n. proprium hoc jus est, ut à nemine iudicetur, ipse autem omnes judicet. Vide Deut. 32. Esa. 45. Dan. 2. &c.

Exemplum
rei propositæ.

21. Qui igitur hæc omnia Papa suo tribuunt (quod Jesuitæ faciunt) annon illi reipsa infinitam quandam, ac proinde divinam, h. e. DEI vel Christi propriam potestatem, eidem adscribunt? ac proinde, annon ejusdem divinam quandam adorationem, illi nimirum divina potestati respondentem, aperte stabiliunt? immò annon eorundem fraudulenta hypocrisis merito detestanda est, qui verbis idipsum negare præsumunt, quod tamen reipsa docent, ac præfractè statuunt: quodq; Canonistæ, & quidam alii, licet insulse & temerè, attamen ingenuè & rotundè, profiteri solent.

Conclusio
hujus partis.

22. Si enim Papa, non ab hominibus, sed à DEO vel Christo ipso immediatè (ut isti ajunt) constitutus est Monarcha totius Ecclesie: & talis quidem, qui habeat absolutam & supremam in terris mandandi, vetandiq; potestatem, sive de rebus fidei ac reli-

1. Quoad
arrogatam
divinitatem.

gionis, siue de regnis & imperiis huius mundi agatur: cuiq; sim-
pliciter omnes omnino homines, per omnia & in omnibus, obedi-
re teneantur: & qui ne totius quidem Ecclesiæ, immo nec toti-
us mundi iudicio, aut censure obnoxius sit: q; deniq; nulli mortali-
liū dictorū aut factorū suorū rationē reddere teneatur, &c. Quis
nō hinc cōsequi videt, eū esse Deum quendam terrenum? immo
Deum plus quàm terrenum: q;pe cuius potestas ad coelum,
& terrā, & infernum, sese extendat; nec in temporalib. tan-
tūm, sed in spiritualib. etiā, pro mero beneplacito Papæ, occupetur:
deniq; qua absoluta & infinita, & per hoc verè divina sit.

2. Quoad
divinā ad-
orationem.

23. Ex hac autem arrogata divinitate, seu divina potestate, q;
non videt, divinam adorationem, tanquam proprium effectū
ex sua vera causa, promanare, is profectō aut nihil, aut parū vi-
det. Nam & ipsa Christi hominis, seu Mediatoris, adoratio in di-
vina eiusdem exaltatione, seu divina potestatis (latius sic dicta)
communicatione, tanquam in vera & proxima sua causa, perpetuō
fundatur. Vide Joh. 5. Pater omne iudicium dedit filio: ut om-
nes honorent filium, sicut Patrem, &c. Phil. 2. Exaltavit
eum Deus, & dedit ei nomen supra omne nomen: ut om-
ne genu se flectat in eius nomine, &c. Quare si Papa simili-
lem potestatem habet, omnino etiam similiter colendus, h. e. religi-
osè adorandus est. Atq; hoc de secundo capite sufficiat.

VII. Pars.
Probatio
huius Ido-
latriæ ex
Papistica
praxi.

24. Et sanè, si praxin ipsorum Paparum, simul & verorum
Papistarum, diligenter inspexerimus (quod tertium huius loci
caput erat) omnino deprehendemus, & illum honores planè divi-
nos cupide admittere, immo rigidè exigere; & ab istis eosdem, rei-
psa quidem semper, verbis autem subinde, Pontifici palām exhibe-
ri: sicut ex sequente paucorum exemplorum recensione constabit.

I. De inter-
na Papæ a-
doratione.

25. Primum enim internam saltem adorationem mani-
feste arguit, quod infinita quadam potestas Papæ attribuitur, mā-
dandi, vetandi, excommunicandi, absolvendi, dispensandi, casus
singulares reservandi, Indulgentias & vivis & mortuis largien-
di, bene.

di, beneficia Ecclesiastica quibus vult conferendi, deniq; regna & imperia hujus mundi pro arbitrato constituendi, &c. Hac enim omnia, simul accepta, omnino Numen aliquod divinum, & consequenter religiosam adorationem, huic Numini respondentem, saltem internam, manifeste arguunt atq; important.

26. Deinde negari non potest, eundem externo etiam modo toties adorari, quoties populus non modo coram ipso, forte in publicum prodeunte (quod Roma ferè quotidianum est) in terram suppliciter procumbit; sed & manibus protensis misericordiam ipsius implorat, pectora tundit, & simul absolutionem à peccatis, & quævis divina beneficia, directè ab ipso petit, aliq; cõplura divini honoris signa eidem, nõ secus atq; ipsi Hostia Missatica, palam exhibet.

2. De cultu
ejusdem
externo.

27. Quo loco illud observandum est, quod Joh. Monlucius, Episcopus Valentinus (licet Põtificus) in lib. de Religione, pag. 104. non sine Gomacho refert: Papam, si peregrè proficiscatur, ne nimium honorem Eucharistiæ suæ præbere videatur, nõ illam manibus suis gestare; sed triduo aut quadriduo ante suum egressum præmittere, equi tergo impositum: eique comites adjungere cãtores, muliones, agasones, cæteraq; Aulæ suæ impedimenta, ut calones, lixas, curtifanas, &c. Tandem ipsum sequi, stipatum Cardinalibus, Episcopis, & aliis id genus primatibus. Et cum ad oppidum jam pervenit, tum corpus Christi, quod aliquandiu illic quievit, eidem obviam proferri: statimque nutu inter se, sine ulla voce, invicem consalutare: simul illud iterum ante Papam præmitti: sed ita, ut Papa sub umbone honorifico in urbem invehatur; corpus a. Christi sub dio deferatur, &c. Unde patet, externam adorationem, quæ Papa vulgò præstat, haud paulò etiã excellentiorem esse eam, quæ ipse Eucharistiæ sive Sacramèto suo exhibere solet.

Exemplum
hujus ex-
terni cul-
tus.

28. Præterea, ut externa adoratio plenius spectetur, anno ab undè constat ex quotidiana experientia, Papam non à vulgaribus tantum Christianis, sed à summis etiam Regibus ac Monar-

Alia ejus-
dem Pro-
batio.

chis, item à Cardinalibus & Episcopis, supplices adoratio-
nes, prostrationes, & oscula pedum, &c. cum incredibili fastus
recipere? cuiusmodi cultum, nec Petrus Apostolus à Cornelio,
nec S. Angelus à Johanne recipere voluit: sicut Antoninū suprà
confitentem audivimus. Unde est illud Mantuani:

Ense potens gemino, cuius vestigia adorant
Casar, & aurato vestiti murice Reges.

Ptolepius.

29. Neq; verò dubitari potest, hunc cultum omnino divinum
seu verè religiosam, h. e. plus. quàm humanum, ac civilem esse: quò
à summis etià Principibus, q; aliq; in temporalib. superiore nullū a-
gnoscent (& quidē respectu illius divina potestatis, q; Papa ab ipso
Christo cōmunicata esse putatur) exhiberi vulgò soleat: quūmq; i-
pse cōtra nemini mortaliū reverentiā aliquā exhibeat, &c. Vide lib.
1. Cerem. c. 2. & seqq. Ubi culi? iste p; grad? & species describitur.

**Cultus Pa-
pæ à Regib;
exhiberi
solitus.**

30. Atq; hic obiter nota, ex eodem Ceremon. lib. 1. cap. 3. quòd e-
lectus Imperator, cum fortè Pontificem adit, unà cum suis o-
mnibus, servato ordine, ipsum Pontificem ter venerari debeat, ge-
nibus in terram positis. primò, cum Aulam, in qua Pōtifex sedet,
ingreditur: deinde, cum appropinquat ad gradus sedis: demum,
ubi ad pedes Pontificis jam pervenit, quos reverenter osculari tene-
tur. Id quod Imperatrix coronara similiter facere debet, &c.

**Aliæ ejus-
dem speci-
es.**

31. Immo verò sellam, quā Pōtifex fortè gestatur, presens Rex,
vel Imperator, aliquandiu humeris suis portare debet, &c. Item,
Pontifice equitante stapham, si ve strepam equi servare debet, &
equum aliquousq; freno ducere &c. Item in convivio debet Impe-
rator, aut Rex, aquam Papa ministrare, ad manuum lotionem,
& primū terculū portare, &c. Vide in eodē lib. Cerem. tit. 2. &c.
itē August. Steuchū, lib. suprà. dicto, ubi cultus istius aliquot exē-
empla recenset. Vide etià Platinā in vita Steph. 2. & passim alibi.

**Exempla
indigna,**

32. Quinetiam Diabolicus hic Papparum fastus, errore ac super-
stitione Principum subnixus, eousq; progressus est, ut etiam colla-
Imperatorum

Imperatorum pedibus suis conculcaverint, ipsosq; tanquam va-
fallos ac beneficiarios suos, immò tanquam vilissimos cerdones, in-
dignis modis saepe tractaverint. Sic. n. Alexand. III. Fredericum
Barbarossam Venetiis, in templo S. Marci, suppliciter humi pstra-
tum, pedibus calcavit. Et Innocentius II. in Basilica Lateranensi,
Lotharium Imperatorem, ad pedes illius prostratum, & coronam
Imperii ab ipso accipientem, depingi curavit, addito hoc versiculo:

Rex venit ante fores, jurans prius Urbis honores:

Pòst homo fit Papa, recipit quo dante coronam, &c.

33. Non igitur mirum est, inter Pontificios etiam multis hãc Confessio
idololatria Papana speciem displicuisse. Sic. n. Joh. Faber, in pra- Papistarã.

fat. Institut. Papa, inquit, verbis se dicit servum servorum
DEI: de facto tamen se adorari permittit: quod Angelus
in Apocalypsi refugit, &c. Et Eberhardus, Archiepisc. Saltz-
burgensis, apud Aventinum lib. 7. Qui servus servorum est, in-
quit, verè Dominus Dominorum esse cupit, proinde ac si
Deus esset. Ingentia superbè loquitur, q. Deus sit. Leges
immutat: ut suas sanciat. Omnia contaminat, diripit, spo-
liat, occidit: homo ille perditus, quem Antichristum vo-
cant: in cuius frote blasphemix nomen scriptum est: De-
us sum, errare non possum, &c. Similia ibidem leguntur in E-
pistola Frederici II. ad Ottonem Bavaria Ducem, &c.

34. Et sanè Erasmus, in Annot. N. T. ad locum 1. Tim. 1. testa- Testimo-
tur, suo tempore in Scholis Theologorum hac publicè disputari cõ- nia Erasmi.
sueviffe: An Papa possit abrogare decreta Apostolorum:
cõtraque statuere quod cum Euangelio pugnet: An ha-
beat majorem auctoritatẽ, quàm Petrus: An possit An-
gelis imperare: An totum Purgatorium possit tollere, &c.
Immò, utrum simplex homo sit, an q. Deus participet u-
tramque naturam cum Christo: utrum clementior sit i-
pso Christo, qui neminem legatur è Purgatorio liberasse,
&c. Quas blasphemias Erasmus ibidem meruò detestatur.

Conclusio
genera.

35. Ex dictis igitur hæc duo concludimus. 1. Veros quidem ac rigidos Papistas, qui scilicet omnes illas supra. positas hypothesas, de divina Papæ potestate, &c. mordicus tenent, re ipsa Idolū quoddam ex Papa sibi facere: eumq; religioso & divino modo adorare, &c. 2. Ipsum verò Papam, qui divinitatem istam sibi arrogat, & honores illos divinos non modo cupidè admittit, sed & severè exigit, non verum Christi vicarium, nec genuinum Petri successorē; sed omnino Antichristum illum magnum esse, qui passim in S. literis, præsertim in 2. Thess. 2. & Apoc. 13. & 17. graphicè nobis depingitur. Atq; hæc de tertio capite sufficere possunt.

IV. Pars.
Obiectio
nes Adver-
sariorum.

36. Neq; verò Adversarii (quod postremum caput erat) pro suo Pontifice quidquam in hac causa proferre possunt, præter falsas aliquot hypothesas, ex quibusdam malè intellectis S. Scripture sententiis exstructas: præterq; in veteratam aliquot seculorū praxin, & eam quidem ambiguis, aut meritò suspectis, quorundā Patrum testimoniis roboratam. Ad quæ omnia paucis hoc loco respondebimus, antequam extremam operi manum imponamus.

I. Genus, ab
hypothesi-
bus,

37. Hypotheses hæc præcipua sunt. 1. Externum militantis Ecclesie regimen, quod respectu externi ministerii sic dicitur, omnino Monarchicum esse oportere. Nempe, quia hac forma regiminis optima sit, ad unitatem conservandam, &c. sicut in Monarchia ipsius DEI, & Christi; item in Hierarchia Angelorum; deniq; in sacerdotio V. T. appareat, &c. (2. Christum revera Monarchiam hanc Apostolo Petro & promississe, & tradidisse: prout in primis ex locis illis Matth. 16. Tu es Petrus, &c. Et Johā. 21. Pasce oves meas, &c. necnon ex variis Petri prerogativis, passim in N. T. occurrentibus, videre sit. (3. Petrum Romæ Episcopum fuisse, ibiq; in Episcopatu mortuum esse. Nempe, quia veteres communi consensu ita doceant: & quia Petrus ipse Romā (quam figuratè Babylonem appellet 1. Pet. 5.) priorem Epistolam scripserit. (4. Romanum igitur Episcopum, jure divinæ Institutionis, & naturalis successionis, universæ Ecclesie caput & Monarchiam evasisse: atq; ita supremā,
in spiri-

in spiritualibus simul, & temporalibus, potestatem à D E O accepisse. (5. Ac proinde hanc ipsius monarchicam potestatem reverenter ab omnibus agnoscendam, eiusq; respectu ipsum Pontificē summis honoribus afficiendum esse, & suo modo adorandum, &c.

38. In praxi veterum hi quasi gradus observari solent. 1. Episcopo Romano, tanquam Petri successori, jam olim singulares honores ab omnibus Christianis exhibitos fuisse: v. g. primum in conciliis locum ipsi attributū, & honorificos titulos, summi Pontificis, universalis Episcopi, &c. ultrò delatos. (2. In dubiis rebus, & gravibus causis, v. g. in haresib. damnandis, absq; huius sententia nihil conclusum; atq; in controversiis majoribus, semper ad eiusdem tribunal provocatum fuisse, & quidem ex omnib. orbis Christiani partib. (3. Eiusdē auctoritate Reges ac Principes saepe dejectos, eorumq; loco alios electos, deniq; imperia & regna variè mutata, & speciatim Imperium Romanum à Græcis ad Germanos, &c. translatum fuisse, &c. Atq; hac omnia ex veterum monumentis aperitè constare: ac proinde Papam meritò supra omnes honorari, & coli.

39. Respondemus igitur ad Hypotheses. (Primā omnino falsam esse, respectu quidem ministerii visibilis, & capite ipso Christo excluso. Alioqui veram esse concedi: sed nihil ad rem nostram facere. (Secundā, de absoluta quidem & universali monarchia, similiter falsam esse: de Apostolica verò hierarchia, deq; primatu quodam ordinis, non difficulter admitti: sed ita rursus alienam & impertinentem esse. (Tertiā, de Romano Petri Episcopatu, in specie dicto, planè falsam; de presentia verò eiusdē, ac commemoratione in illa urbe, saltem incertam esse. (Quartam igitur & quintam per se necessario corruiere, quippe prioribus illis omnino nitentes: praesertim quum S. Petrus, nec potestatem illam, vel in spiritualibus, vel in temporalibus, unquā usurpaverit; nec honores istos, aut istorū similes, à quoquā admisit: sed & illā, & istos, à se alienos esse, & verbis, & factis suis, p omne ministerii sui tempus luculenter ostenderit.

40. Ad praxin veterum ita Respondetur. 1. Episcopos Romanos olim, saltem per 300. annos, quib. omnes ferè martyres fuerunt, quo-

2. Genus, à
praxi veterum,

Responsio
ad 1. genus.

Responsio
ad 2. genus.


ad honores simul & officia, ceteris Episcopis omnino pares fuisse:
neque ullam in spiritualibus, nedum in temporalibus, monarchiam
aut potestatem absolutam exercuisse. (2. postea vero, cruce cessante,
& opibus crescentibus, sub Constantino M. & deinceps, usque ad Gre-
gorium M. non quidem absolutam monarchiam; sed principalem
tamē quandā auctoritatē, usurpare cœpisse: præclarā hinc occasiōe
illis præbente, tum urbis Romana dignitate, tum patriochalium se-
dium humanitus introductā distinctione, &c. (3. Hinc verò pri-
matum œcumenicum, in rebus Ecclesiasticis, sub parricida Phoca,
& d. item in temporalibus, sub Carolo M. eiusque successoribus, ma-
gis ac magis invaluisse: donec tandem ad summum impietatis gra-
dum perveniret. (4. Quæ igitur ex Veteribus Ecclesia Patribus,
aut historiis, huic narrationi contraria proferuntur, ea vel omni-
no spuria esse, vel falsò ab Adversariis citari. Quæ verò ex poste-
rioribus exempla producuntur (puta inde post sextum seculum, &
deinceps) ea pro facti tantum, non autem juris, probationibus ha-
benda; eoque in hac causa nihili facienda esse.


Epilogus.


41. In summa: Universalis & absoluta Papa Monarchia, quæ
ipse sibi hæcenus arrogat, & re ipsa impotentissimè usurpat, & p-
pter quæ vulgò, tanquæ Deus, aut numē quoddam cœlestē, à suis adora-
tur, in S. literis quidē nullum omnino fundamentum habet. ex hu-
manis a. constitutionibus, quas deinde Satā ad suū cōmodum arti-
ficiosè deflexit, eo modo, & ordine, quæ suprà diximus, primū le-
viter inchoata, deinde magis ac magis aucta, & confirmata fuit:
donec tandē pfecta, & numeris omnibus absoluta, h. e. merè Anti-
christiana. p idoneas occasiones evasit. Quæ p inde omnes verè pii,
& prudētes Christiani, unā cū suo genuino partu, h. e. idololatræ
ipsius Antichristi adoratiōe, penit⁹ avertari atq; abominari debēt.
Atq; hæc de sextuplici Romana Ecclesia Idololatria hæcenus
disputata sunt.

Laus soli DEO & Christo Jesu DOMINO nostro.


FINIS.

















IV.

ca genus non est ars nec prudentia.

ut prolixi sumus, nulla flagitat necessitas: unico igr
ur: quicumq; habitus philosophicus non est practi-
ca vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ
adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Meta-
talis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit.
t prudentiæ propria indoles, ut minorem ipsius
a, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte
dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc ar-
ti non competit definitio artis, illius genus ars esse
yficæ non competit definitio Artis. Erg. Major
itio generis competit speciei generi subjctæ, quia
eò est corpus animatum sensu præditum. Minor
one artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi-
ffe ctivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-
theor. transc. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra-
yfica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi-
es habitus practici: Forsan species alicui compe-
genus illius speciei? quod ego non crediderim,
omo sit & non animal. Hæc ille. Artem contem-
m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor.
p. 20. proclamamus σιδυρόξυλον. Nec juvat eum
io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore
quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc.
b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n.
p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeò sit apud Dd. Metaph. controver-
a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta
l ideò non possit esse gens Metaphysicæ, quia
siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic
æ constituere nequeat, quia præcisè Principia
mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-
a. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3

ior